



Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1690

Disc. CXI. Romana juris eccrescendi. De jure accrescendi quando intret inter substitutos, & ad eorum favorem, vel potiùs portio defecta cedat commodo hæredis gravati. Et quando plures eadem ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

ROMANA IVRIS ACCRESCENDI

PRO

MONASTERIO S. ANNÆ

CVM

ECCLESIA S. MARIÆ
DE MONTIBVS.*Responsum pro veritate.*

De iure accrescendi quando intret inter substitutos, & ad eorum favorem, vel potius portio defecta cedat commodo hæredis gravati.

Et quando plures in eadem dispositione gravati dicantur, conjuncti re vel verbis; Et quando substitutiones dicantur particulares, vel universales.

SVMMARYM.

- 1 *Facti series.*
- 2 *De iure accrescendi, an detur ad favorem substituti in re particulari.*
- 3 *De conjunctione reali seu verbali.*
- 4 *Postea disjunctione cessat jus accrescendi.*
- 5 *De ratione in qua fundatur jus accrescendi.*

DISC. CXI.

Testatrix post mortem utriusque filii sine filiis, ac ejus viri, voluit Ecclesiam S. Mariæ Montium succedere in scutis bis mille, in reliquis vero bis mille perficentibus scuta 4. m. in quibus ejus dos consistebat, aliisque bonis succedere voluit quemdam ejus fratrem; Cumque frater substitutus dictis filiis gravatis prædecessisset, atque ex persona unius ex filiis successisset Monasterium S. Annæ; Hinc orta est quæstio inter dictum Monasterium representans personam hæredis gravati, & dictam Ecclesiam substitutam in scutis 2. m. An dicta reliqua scuta 2. m. & alia bona per mortem dicti substituti defecta, accrescerent dictæ Ecclesiæ substitutæ, vel potius remanerent penes hæredem gravatum; Cumque amicabiliter, ac absque lite per utramque partem veritas exquireretur, pro eadem veritate ex parte Monasterii consultus Responsum

Quæstionem in puncto poni per Ripam in l. re. coniumcti num. 72. ff. de legat. 3. ubi testatur ex multorum consilio. pro hærede gravato contra substitutum fuisse decisum per Rotam Romanam coram Basignano, Et Ripam sequuntur Peregr. de fideic. art. 9. num. 5. Bellon. de jur. accrescen. cap. 5. quest. 43. n. 34. & cap. 7. quest. 15. num. 18. per quos reprobantur las. conf. 72. lib. 3. & alii contrarium sentientes; Ultra quod, ut bene advertit Bellon. dicta quest. 15. num. 18. non potest dici, quod las. sit contrarius, quia

rum voluit sorores esse usufructuarias, voluisset ejus bona potius transire debere ad extraneos, in quos ipsa mater disposeret, quam ad proprias sorores, ita forte in solo usufructu substitutas, eo quia animum haberet eisdem post mortem alium dare substitutum, quem postea omisit. cum sapè testatores mortis cogitatione turbati, sive à morbo afflicti, omnino tere soleant ea quæ cogitaverant, ac decreverant ad ext. in l. Titius Lucius ff. de liber. & posthum ubi scribentes. & l. mulier ff. ad trebell. cum concord. per Mantua. de conjectur. lib. 3. tit. 19. nu. 8. cum sequen. Esur. qua. ff. 284. num. 4. & habetur particulariter actum infra in Tuderina fideicommissi de Accusis disc. 115. 3. Verùm quamvis inspecto solo sensu naturali id aliquam haberet probabilitatem, Attamen cum aliæ non concurrerent conjecturæ vel adminicula, ista sola non videbatur ad id sufficiens, ideoque mihi quamvis succumbenti, visum est justè illam fuisse rejectam.

Occasione autem hujus disputationis, actum etiã fuit de articulo, An institutus in usufructu, post cuius mortem alter sit vocatus ad proprietatem, dicatur hæres in totum ac pleno jure, ita ut alter post eius mortem vocatus, jure substituti potius censendus viamiat, vel potius talis institutus hæres usufructuarius haberi debeat jure legatarij, alter verò dicatur hæres in proprietate ab initio, cujus quæstionis plures sunt effectus, ille præsertim, ac præcipuus caducationis, quod scilicet præmortuo illo, qui vocatus est post mortem instituti in usufructu, resularet caducatio suæ vocationis, si hæc in substitutionem obliquam, seu fideicommissariam resolvenda esset, secus a utem e converso; Ista verò quæstio, per judicium solutum ex ingenio motivare, excitata fuit ad effectum inspiciendi, an à simili id posset huic parti in aliquo suffragari, ut substitutus in usufructu dici posset substitutus in totum; Verùm quamvis ad ordinatam deducerem plura quæ desuper habentur ad favorem usufructuarij, ut interim censi debeat jure hæredis pleno jure, per fideicommissum gravati restitui tere ei, qui post eius mortem vocatus est, deducendo ea, quæ pro ratione dubitandi pro hac opinione deducta habentur per Bellon. jun. de jur. accrescen. cap. 7. quest. 16. Capyc. Latr. consil. 112. Marcian. jun. disputat. 99. late Rota abud Meylin. decis. 505. aliàs dec. 1.2. par. 6. rec.; Attamen considerabam inanem esse hanc inspectionem; Tum quia admissa etiã hac opinione, nullus erat eius effectus in casu, de quo agebatur, à quo verè dicta quæstio erat extranea; Tum etiã quia, ut aliàs in præcedentibus non semel insinuatum est, quicquid desuper in Scholis & Academijs in ratione disputativa in ista quæstione dici possit, in foro tamen ubique, præsertim verò in Rota & Curia, recepta est opinio, ut institutus hæres in usufructu, habeatur jure legatarij, alter verò post eius mortem vocatus dicatur hæres directus ab initio, ut apud proximè a legatas auctoritates & decisionis, ac habetur particulariter actum sub tit. de legitimis & detractionibus in Imolen. prædij occasione agendi de detractione trebellianicæ, An competeret necne hujusmodi instituto in usufructu post cuius mortem alter sit institutus in proprietate, in qua causa, Rota occasione firmandi incompetentiam dictæ detractionis, hanc opinionem cum magna discussione firmavit adeo certam, ut neque dici posset quæstio talis dubietatis, quod sufficeret ad substituendam transactionem desuper in initum ut ibi latius deductum habetur.

quia loquitur de substitutione per verba civilia quae substineri potest tanquam directa, in qua, utpotè resolvenda in primam institutionem, de necessitate jus accrescendi, etiã ad favorem vocati in re particulari, ratione absurdum, ne contingat paganum decedere pro parte testatum, & pro parte intestatum, quo absurdo cessante non videtur subesse ratio, cur ad favorem substituti particularis intrare debeat jus accrescendi in portione substituti universalis, per cujus prædecessum bona jure etiã testati remanent pendens gravatum, fideicommissarius autem particularis loco legatarii habendus, debet esse contentus illa re, ad quam testator eum vocavit *Bellon. d. cap. 7. q. 15. n. 12. & sequen.*

Quia verò agentes pro Ecclesia, satis insistebant in jure accrescendi deducto, Tum ex conjunctione, Tum etiã ex æqualitate vocationis, itã prætendendo, tam Ecclesiam, quã fratrem testatoris esse æqualiter, vel substitutos universales, vel particulares; Hinc proinde ad claram veritatis indagacionem, tres constituendam inspectiones; Primò scilicet, an Ecclesia dictusque alter substitutus essent conjuncti, & qua conjunctione, an scilicet verbali, vel reali, vel mixtã; Secundò quatenus essent solum verbaliter conjuncti, an intraret jus accrescendi; Et tertio quatenus essent disjuncti, an hoc non obstante dicto juri locus esset.

Quoad primum, nullam dicebam adesse conjunctionem, nec realem, nec verbalem, Non quidem realem, quoniam ejus principale requisitum est, ut eadem res in solidum ac pro indiviso pluribus relinquatur, undè quotiescumque adest partium divisio facta ab homine, illa nullatenus prætendi potest, ut cæteris allegatis plenè probat *Bellon. hoc tract. cap. 5, quest. 1. num. 5. & 6. & quest. 7. num. 1. per tot.* ubi contraria solvit, præsertim, ubi agitur de relicto quantitatis, quæ minus admittit conjunctionem realem, quã speciem, cum quantitates de sui natura non recipiant communionem, sed ipso jure, ac ab initio dividantur numero; Licet enim non implicet, etiã in quantitativis istam conjunctionem dari, juxta unam opinionem, de qua *idem Bellon. d. cap. 5, quest. 8. num. 7. cum sequen. & quest. 5. num. 49. & sequen.* At tamen id substineri potest, ubi eadem quantitas indivisa pluribus relinquatur, sed ubi testator distribuit partes, ac summas, tunc casus videtur planus pro exclusionem conjunctionis realis,

Minus adesse dicebam conjunctionem verbalem, cujus principale requisitum est sermonis unitas, itaut duo vel plures in eadem oratione vocentur ad text. in l. unica §. his itã definitis *Cod. de caduc. tollen. ubi Bart. Bald. & ceteri* Secus autem ubi orationes sunt divisæ, ideoque ubi duorum vel plurium nomina non junguntur, sed solum junguntur orationes & clausulæ cum repetita expressione verbi ac portionis, tunc dicuntur disjuncti quia nempe dicatur *lego fundi Tusculani partem dimidiam Titio, & alteram dimidiam lego Sempronio*, juxta opinionem *Bart. in l. reconjuncti*, quem cæteri magis communiter sequuntur congesti per *Bellon. d. cap. 5, quest. 16. n. 19, & sequen.* Et talis erat casus, ibi *morendo &c. succeda in tal caso in 2. m. scudi la Chiesa &c. e ne gli altri 2. m. con tutti gli frutti vuole che succeda il Capitano &c.*

Sed quatenus etiã dici posset adesse conjunctionem verbalem, adhuc tamen dicebam eam non suffragari ad effectum juris accrescendi cum

pro illius admisione requiratur, ut ad eandem rem sit vocatio, secus si ad diversas, equibatur, si testator ad eandem quantitatem placet, quia nempe relinquat mille Titio, & mille Sempronio, sive singulis personis, ut *text. in l. qui sibiabus ff. de legat. 1. Bellon. d. cap. 5, quest. 17. num. 5.* & habetur deductum in *ultima, seu Neposina sub titulo de legatis*, cum jus accrescendi, juxta unam opinionem ad invicem controversam, cadat quoties partes sunt accrescendi intellectuales, secus autem ubi partes sunt per testatorem divisæ, quæ ad oculum distingi possunt.

Posita verò disjunctione, ac præsupposito uterque substitutus, seu fideicommissarius particularis, dicebam, nullatenus juracrescendi esse posse, sed quemlibet pro proprio contentum esse debere, cum cessaret incurrendum quod in substitutione directa causa est accrescendi, ne scilicet testator decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus; Quinimò et ambo substituti universales dici possent, ut pro Ecclesia agentes dicebant, ex eo fundum quod testatrix utrumque vocaverat ad fructus dotis (quæ de jure dicitur jus universali tenens universam hereditatem, cum præsumatur aliud habere ultra dotem) hinc tamen neque inter disjunctos propter disjunctionem a testatore factam intrat jus accrescendi in commissio universalis ex deductis per *Boyer. q. 495. num. 1. cum sequen. Bellon. d. cap. 5, q. 41. num. 6. & conf. 84. num. 21. cum sequen. & 95. num. ult.* Ex ea manifesta ratione, quod accrescendi fundatum est, vel in ratione contentis, ex qua desumitur præsumptio realitatis, vel ratione inconvenientis, nequidat pro parte testatus, & pro parte intestatus non intrat in fideicommissaria substitutionem, portio deficiens remaneat pendens hæreditatum ex testamento; Verùm hæc ex abundantia verè dici non poterant ambo æqualiter substituti universales, nam Ecclesia erat substituta particularis in summa scutorum 2. m. Alter verò, vocatus erat ad reliqua scuta 2. m. sed ad fructus dotis fructus, ac etiã ad reliqua bona numerum, ut probant illa verba testamenti: *Et altri 2. m. con tutti li frutti, come amo in tutte delle cose &c.* & sic in univèrsitate; Et ad spondi nullum jus Ecclesiæ ad reliqua bona petere, atque his partes acquirerunt.

F A V E N T I N H A E R E D I T A T I S

P R O

H O R A T I O S P A T A & I V L I A

T O R E L L O

C V M

H A E R E D I B U S C O S T A N T I A N A
T H A S I L I A E S E V E R O L E